

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi temporibus domino nostro constantino magno imperatore anno sexagesimo quinto mense februario undecima indictione: Ideoque ego mulier nomine sellecta que fuit relictā quondam sergii porclacca et habitantes sum in sessola Clare facio ego quia ante os annos mortuus est ipse vir meus et relassavit me in magnum devitum. unde ego non haberet ut ipsum pretium vinderet et audita fuit quia mulier non poteret vindere sine mundoald et abocatore suum. proinde conbocabi iohannem filio benedicti qui est abocatore meum et ibimus ante presentiam nostrorum comitibus et per eorum absolutionem largita sum ego que supra mulier de vindere pro ipsum devitum et dum firmiter illut facere ego bolo bona etenim mea boluntate coram subscripsi testibus per hanc quoque videlicet chartulam vindere et in presentem venumdedi tivi monda filia quondam frodaldi. et uxor videlicet donati filii quondam andree de suprascripta sessola. idest modica terra quem habeo intus in sessola vetere que habet finis ab uno latere terra et casa mea que mihi reserbabi et inde habet passi tres. et gubita duam et da alio latere est terra donati viri tui et habet inde in longitudine passi tres et gubita dua. et da uno capite est terra de filii sparani de mara et inde habet passum unum et gubita dua et unce quattuor et da alium capites est terra fasani filii stephani lupi et inde habet passum unum et gubita tria. inter omnes istas fines et mensuras nec mihi que supra sellicta nec ad alios homines nichil reserbabi set una cum via et andite suo et cum inferius et superius totum et integrum tivi illos venumdedi ad abendum et possidendum	✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nei tempi dell'anno sessantesimo quinto del signore nostro Costantino grande imperatore, nel mese di febbraio, undicesima indizione. Dunque io donna di nome sellecta che fui vedova del fu Sergio porclacca e abito in sessola, dichiaro che prima di questi anni morì lo stesso marito mio e mi lasciò in grande debito per cui io non avevo che vendere per la stessa cifra e ho sentito che un donna non poteva vendere senza proprio mundoaldo e avvocato. Pertanto ho chiamato Giovanni, figlio di Benedetto, come avvocato mio e siamo andati in presenza dei nostri conti e con il loro permesso è stato concesso che io anzidetta donna vendessi per <i>pagare</i> il debito e poiché fermamente io voglio farlo di mia spontanea volontà, dunque davanti ai sottoscritti testimoni cioè mediante questo atto vendo e in presente ho venduto a te monda, figlia del fu Frodaldo, e moglie cioè di Donato, figlio del fu Andrea della suddetta sessola, una piccola terra che ho dentro sessola vetere, che ha come confini da un lato la terra e la capanna mia che a me riservai e ivi ha passi tre e cubiti due, e dall'altro lato è la terra di Donato tuo marito e ha ivi in lunghezza passi tre e cubiti due, e da un capo è la terra del figlio di Sparano de mara e ivi ha passi uno e cubiti due e once quattro, e dall'altro capo è la terra di Fasano, figlio di Stefano Lupo e ivi ha passi uno e cubiti tre. Tra tutti questi confini e misure niente riservai né a me anzidetta sellicta né a altri uomini ma con la sua via e ingresso e con quel che vi è sotto e sopra tutto e per intero l'ho venduto a te affinché tu lo abbia e possieda. Pertanto mediante questa mia vendita dichiaro che io anzidetta sellicta ho ricevuto da te predetta munda mia acquirente due tarenī d'oro, in quella
--	---

nomine unde et per hanc mea venditione manifesto ego que supra sellicta quia receptum habeo a te que supra munda emtrice mea idest auri tari dui. ea vero ratione ut amodo et semper tu que supra munda et tuos heredes hanc mea venditione sicut superius legitur securo nomine habeatis et possideatis. ex qua repromitto ego que supra sellicta et obligo me et meis heredibus tibi que supra munda et tuis heredibus venditionem nostram nos vobis ab omnibus hominibus antistare et defendere debeamus quod si non potuerimus ut illos per legem perdiderimus de colludio si a bos pulsati fuerimus a dei evangelia vobis satisfaciamus et dupplum supradictum pretium una cum omnibus suis hedificiis et remeliorationibus vobis restituamus pretium. Nam si ego que supra sellicta aut meis heredibus venditione ista tornare aut dirumpere quesierimus tunc componimus tibi tuisque heredibus idest auri solidos decem vizanteos. et hec chartula venditionis sicut superius legitur sit firma. quam te adeodatus presbyter et notarius scribere rogavimus in civitate suessula. ✕ Ego petrus archipresbyter ✕ Ego iohannes ✕ Ego aufimus	condizione invero che da ora e sempre tu sudetta munda e i tuoi eredi, come sopra si legge, per certo abbiate e possediate questa mia vendita. Per cui io predetta sellicta prometto e obbligo me e i miei eredi a dover sostenere e difendere da ogni uomo la nostra vendita per te suddetta munda e per i tuoi eredi poich� se non potessimo e per legge la perdessimo, se da voi fossimo accusati di frode vi diamo soddisfazione sui Vangeli di Dio e vi restituiamo il doppio del predetto prezzo con tutto il suo edificato e le miglurie. Infatti, se io predetta sellicta o i miei eredi cercassimo di revocare o annullare questa vendita, allora paghiamo come ammenda a te e ai tuoi eredi dicei solidi aurei vizanteos e questo atto di vendita, come sopra si legge, sia ferma. Il quale a te Adeodato, presbitero e notaio, chiedemmo di scrivere nella citt� di suessula. ✕ Io arcipresbitero Pietro. ✕ Io Giovanni. ✕ Io aufimus.
--	---

Note:

(1) Vulgatissima quidem res est Ducatum Neapolitanum mense Septembri anno 1027, uti testantur Ubaldus, Anonymus Cassinensis, alique choronographi, in Pandulphi Capuani Principis potestatem commease; atque tunc primum expertum fuisse Langobardorum dominationem, quam per anteacta saecula Neapolitarum virtus prohibuerat; anno dein 1030 expulso Pandulpho Ducatum ipsum Sergio fuisse redditum. Iam vero mirum procul dubio videbitur, in membranis per illud temporis intervallum conscriptis Suessulae, et Neapoli, atque in lucem prodeuntibus pagina hac, et insequentibus, mentionem fieri non Pandulphi iisdem tunc oppidis imperitantis, sed Graeci Imperatoris; contra vero membranas eiusdem aevi in Capuano Principatu exaratas praeseferre annos Pandulphi et in Capuano Principatu, et in nostro hoc Ducatu, quemadmodum patet ex chronico Vulturensi apud Muratorium. Falsitatisne propterea nostra haec monumenta arguamus, in quibus alioquin nihil quidquam deprehenditur, quamobrem eo crimine arcessenda videantur? Animadvertendum potius esse remur, Pandulphum sibi Ducatum hunc subdividisse, ut iniuram inferret non orientalis Imperii Moderatoribus, sed Neapolitano Duci Sergio, quippe qui Pandulphi Theanensis Comitibus sui affinis incolumitati prospexerat adversus ipsum Principem Capuanum in iras exardescentem, eumque Neapoli benigne exceperat. Constat profecto ex Leone Ostiensi, aliisque chronographis Pandulphum Capuae Principem simul cum germano fratre

Athenulpho Coenobii Cassinensis Abbate non modo stetisse pro Graeco Augusto adversus occidentis Imperatorem, verum et deinceps ope non minus Graecorum, quam Salernitanorum, Nortmannorumque, Principatum Capuanum recuperasse. Quapropter Neapolitano item Ducatu potitus, summam in eum auctoritatem ad Constantinopolitanos Caesares spectantem oblitus omnino non fuit, ac idcirco minime iussit immutari morem, qui antehac sub Ducibus Neapolitanis semper obtinuerat, scilicet in Curialium instrumentis Graecorum Imperatorum annos tantummodo recenseri.